



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. XII. De locis Theologicis, & quætionibus Theologicis trctandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

Theologus ex propriis solum principiis philosophiz disputat, ut in solutione prædictorum argumentorum contingit, non Theologi, sed philosophi munere fungitur: quo fit, ut Theologus, quatenus Theologus est, nullum argumentum euidenter positivè dissolvat.

DISPUTATIO XII.

De locis Theologiæ, & quæstionibus Theologicis tractandis.

Quid sit locus Theologicus, & quotuplex. cap. 1.

De usu quinque priorum locorum. cap. 2.

De auctoritate Scholasticorum philosophorum, & de ratione philosophica. cap. 3.

De humana historia. cap. 4.

Differentia inter humanam historiam, & rationem philosophicam. cap. 5.

CAPUT I.

Quid sit locus Theologicus, & quotuplex.

Canus.

Qui dicantur loci Theologici.

Argumentum hoc de locis Theologicis hac nostra tempestate Melchior Canus per 12. libros luculenter tractavit: in quibus non tantum numerum locorum ob oculos posuit, sed etiam de singulis permulta tradidit, & varia hinc, indeque petita in disputationem reuocavit. Nostri vero instituti nunc erit, simplici narratione locos, qui ad Theologum spectare videntur, recensere, singulorumque momentum, & usum paucis exponere. Appellamus vero locos Theologicos non capita rerum, de quibus Theologia tractat, quæ etiam loci communes vocantur, ut de iustificatione, de merito, &c. sed sedes quasdam, & promptuaria, ex quibus Theologica argumenta ducuntur. Sicut ergo Aristoteles in Topicis varios locos ostendit, vel à definitione, vel à contrariis, &c. ex quibus de quacumque proposita quæstione possit quisque probabilia argumenta depromere; sic nobis erit nunc exponendum, unde possit Theologus rationes suas, & argumenta proferre. Et quamvis omne argumentum in uniuersum, vel auctoritate, vel ratione fiat, specialiter tamen decem loci Theologici numerari solent. An vero omnes ad Theologum tanquam legitimi, & proprii pertineant, in hac disp. dicemus.

Decem loci Theologici.

Canus.

Primus igitur locus est auctoritas sacre Scripturæ. Secundus, auctoritas traditionem Christi, & Apostolorum. Tertius, auctoritas Ecclesiæ Catholicæ. Quartus, auctoritas Conciliorum. Quintus, auctoritas Pontificis Romani. Sextus, auctoritas Patrum. Septimus, auctoritas Theologorum scholasticorum, cum quo etiam recenseri solet auctoritas Iurisprudentium ex ea parte qua Theologus agit de iuris doctrina. Octavus, ratio naturalis lumine naturali deducta. Nonus, auctoritas philosophorum. Decimus, auctoritas humanæ historiæ. Ex quibus septem priores putat Canus lib. 1. de loc. cap. ult. proprios esse Theologos: tres vero posteriores adscriptos, & aliunde emendatos: quod quia ratione verum sit, paucis aperiam: neque enim animus est docere, quæ sit sacra Scriptura, qua ratione conscripta, & reuelata. quid sit traditio, & quantæ sit auctoritatis: nihil de conciliorum, & Pontificum decretis, quod

CAP. I.

attinet ad eorum firmitatem, & robur, dicam, sed supponam hæc quatuor esse firmissima Theologiæ fundamenta, ex quibus potissimum eius argumenta petuntur, eandemque veritatem diuinæ reuelationis continere, ut latius patebit 2. 2. q. 1. art. 10. in peculiari de his omnibus tractatu. Idcirco hos quatuor locos sub unico ratiō complexus est S. Thom. in hoc art. in solutione 2. nempe sub auctoritate, quæ diuina habetur reuelatione: omnium enim eadem est firmitas, & robur veritatis ex diuino testimonio, vario modo explicato.

Hanc autem veritatis energiam ceteri loci ex seipsis non habent. Excipio communem Patrum consensum in Scripturæ alicuius explanatione, quæ ad dogma pertinet fidei; & in traditionibus etiam fidei eruendis: in his enim eandem cum verò Scripturæ sensu, & cum vera Christi traditione auctoritatem habet, non alia de causa, quam quod Ecclesia Catholica Scripturam sic explicatam recipiat, & teneat, ut defuit Concilium Tridentinum sess. 4. decreto de editione, & usu sacrorum librorum, & traditiones ipsas communi Patrum consensu continuo conferuatas amplectatur: ex se tamen Patrum auctoritas humana est, & quæ ex ipsis inconcussæ veritatis momentum non habet. Ceteri quatuor loci in gradu inferiori certitudinis collocari debent: quæ vero ratione nihilominus conducere possint ad conclusiones Theologicas, & de fide eliciendas, & qualis singulorum usus esse debeat, subinde dicemus.

CAPUT II.

De usu quinque priorum locorum.

De usu horum locorum in primis illud statuamus, ex quinque prioribus bifariam posse Theologum argumentari: primum, ut notauimus in explanatione articuli, contra negantes principia, vel aliquid particulare sub ipsis contentum, modo ibidem explicato. Quare contra negantes definitionem Ecclesiæ, aut Pontificis argumentari possumus ex Scriptura, & contra negantes Scripturam, ex definitione Ecclesiæ, quando aduersarij ex his aliquid admittunt. Denique contra negantes aliquod particulare propter prauum intellectum Scripturæ, quam recipiunt, ex ipsa met Scriptura recte intellecta arguere debemus: quæ etiam ratione ad hoc probandum potest, & debet accedere sextus locus ex Patribus, iuxta quorum interpretationem in fidei dogmatibus Scriptura, ut dixi intelligenda est.

Deinde ex his omnibus locis, & Patrum auctoritate eodem modo accepta, possumus argumentari ad deducendas novas conclusiones, & hoc adhuc duobus modis, aut euidenti illatione, aut probabili: priori modo deducitur conclusio mere Theologica, & talis consequentia, siue vtraque propositio ex prædictis locis assumpta sit, siue altera præmissarum euidentis sit ratione naturali, sufficit ad definiendam in Concilio conclusionem de fide posteriori, vero modo inferitur conclusio solum probabilis, circa quam salua fide inter Theologos controuersia esse potest, & opinio-nura dissenso: neque inutilis iudicari debet hic modus probabiliter argumentandi, & opinandi, si tamen nimia absit contentio: sic enim non solum

2. Qui loci certiores, qui minus certi.

Consensus Patrum quando infallibilis.

Concil. Trident.

3.

Contra negantes scripturam quomodo argumentandum.

4.

solum

Disputatio
nam vtili-
tas in Theo-
logia.

si tamen nimia absit contentio: sic enim non solum cum fructu exercentur ingenia, sed assidue etiam disputationibus multæ veritates à tenebris eruntur. Vidi ego non multis retro annis, in materia de Gratia, & prædestinatione aliqua adeo obscura in vtramque partem à Theologis disputari, ut vtriusque partis propugnatores existimarent, nihil in ea re certi haberi posse, in qua tamen facilis via caput apparere. Contra vero vidi aliquos, leuiter, & absque fundamento ita suis opinionibus adherentes, ut putarent, contrariam sententiam periculo erroris expositam: quod tamen prudens Theologus cauere debet. mature semper de rebus iudicatis, nec leuiter aliquid damnans. Disputatione vero assidue factum est, ut diligenter Scripturæ, & Patrum libris perspectis, res iam facilius appareat, & ubi periculum videbatur, ipsa veritas eluceat.

Supererat, ut ageremus de sensu Scripturæ, qui ad Theologicas disputationes deferui potest, nam de illius auctoritate, & de numero librorum canonicorum, & de aliis regulis fidei, peculiarem iam promissi tractatum. De sensu autem disputationi accommodato sequentibus disputationibus differendum est. Nunc vero hoc solum admonitum velim Theologum, id quod promitto, quoad eius fieri poterit, me obseruaturum, ut in suis disputationibus ab aliquo ex his locis, qui ipsi proprii videntur, sua semper ducat argumenta: ea tamen, quæ solum ad Metaphysicam spectant subtilitatem, nisi quatenus illustrare possunt Theologica, parum curet.

CAP. V. III.

De auctoritate Scholasticorum, philosophorum,
& derivatione philosophica.

Deinde dicendum est de sexto loco, qui dicitur esse auctoritas Theologorum Scholasticorum, & obiter etiam de nono, videlicet de auctoritate Philosophorum, ad quem etiam ratio ipsa philosophica pertinet. Vtrorumque autem auctoritas non potest maiorem ex se certitudinem, quam opinionis, generare; Theologorum quidem in re Theologica, philosophorum vero in philosophica, quæ cum etiam deferui potest Theologo ad deducendas proprias conclusiones, ipsa etiam auctoritas philosophorum Theologicis disputationibus prodesse potest, ad probabiliter argumentandum: nisi quando communis sensus Scholasticorum talis est, ut in dogmate fidei, & philosophorum, ut in principio, & definitione aliqua rei philosophicæ conueniant. Tunc autem maior certitudo non ex ipsorum auctoritate, prout ipsorum est, sed ex ipso principio in quo conueniunt generatur. Qualiter vero in delectu opinionum Doctorum scholasticorum habenda sit ratio, dicemus 1.2. in tract. de conscientia. Quando autem contra communem omnium Scholasticorum sententiam opinari sit temerarium, dicemus 2.2. q. 11. art. 2. ubi de qualitatibus propositionum agendum est.

6. Quomodo
deseruiat
obscuro lo-
cus, vel
ratio philo-
sophica.

Denique ratio philosophica, seu principia ex philosophia desumpta, quæ dicuntur esse octauus locus, plurimum præstant, ut habeamus conclusionem aliquam naturalem, aut moralem ex propriis principiis elicitam, quam deinde assumit Theo-

Vasquez in 1. part. 2. om. 1.

logus, ut cum alia de fide inferat conclusionem Theologicam: verbi causa ad probandum Christi humanitatem non fuisse adoptatam à Deo, supponimus veram definitionem adoptionis ex principiis philosophicæ moralis, quæ semel constituta, adhibemus propositionem de fide, nempe in Christo naturam humanam unitam fuisse substantialiter Verbo Dei, & inde colligimus non fuisse adoptatam, ut in peculiari de hac re disputatione iam demonstrauimus. Idem seruauimus in alia disputatione ad probandum humanitatem in Christo non retinuisse conditionem seruilem, & in aliis huiusmodi.

Ratio ergo omnino naturalis, aut moralis non est Theologi, ut Theologus est, sed eam supponit, ut diximus: quare, nisi hoc modo deseruiat Theologo, prorsus ab ipsius instituto aliena est. Imo etiamli deseruiat Theologo ad inferendam conclusionem Theologicam, non est proprius locus ipsius, sed ascriptitiuus. Denique sicut ratio philosophica conducere potest ad Theologicam demonstrationem, sic etiam ad argumentationem probabilem, vel assumendo propositiones in philosophia probabiles cum aliis reuelatis, vel euidentibus in philosophia, ex illis tamen probabiliter solum inferendo. Ex quo etiam patet, quo pacto philosophorum auctoritas Theologicus locus esse possit. Quomodo autem sola philosophica ratione Theologus agat in materia morali, & an ea pars ad Theologum pertineat, diximus disp. 7. cap. 5.

CAP. V. IIII.

De humana historia.

Decimus locus, humanæ videlicet historiæ, data Theologo necessarius est, ut non aliunde emendarum, sed proprium dixerim: historiam dico non quamcunque sed eam, quæ narrat acta Conciliorum, & Pontificum, Ecclesiæ traditiones, & hæreses contrarias, contra quas in Conciliis actum est. Ex eo enim habemus indubitam auctoritatem Concilij, non quod humana historia, ut principio veritatis, definitio Concilij nitatur, sed quia, nisi fide historiæ indubitæ constet de Consilio, & auctoritate illius, qua congregatum, & confirmatum fuit, ex ipso non poterimus firmum argumentum deducere. Deinde non satis est nosse ea, quæ diximus, de Concilio, sed oportet perspectas habere hæreses illius temporis, & sententias, contra quas in eo pugnatum est. Si enim quis eas ignoret, non raro eueniet, ut mentem Concilij minime teneat: id quod hac nostra ætate contigit non paucis circa definitionem Concilij Arausici secundi, qui putantes contra Pelagianos fuisse coactum, & nescientes eos distinguere à Semipelagianis, contra quos præcipue canones illius editi fuerunt, multos ex illis perperam interpretati sunt, ut infra disputatione 91. cap. 11. & 1.2. in materia de gratia constabit.

Alia vero historia de rebus etiam Ecclesiasticis, ut plurimum, ad ornatum potius, quam ad doctrinam Theologicarum questionum deserui potest: vnde ea non est tam proprius Theologiæ locus, neque ad præcipuum illius institutum frequenter accommodatus. Est sanè hæc historia Ecclesiastica, imo etiam gentiliū, interdum utilis ad clariorem Scripturæ intelligentiam, ut testatur

7. Quæ histo-
ria obliuiscit
Theologo.

Concilium
Arausic.
contra Semi-
pelagianos,
non contra
Pelagianos.

Historia
Ecclesiasti-
ca ad quæ
deseruiat.

E 2

Augu-

8. Augustinus 2. de doct. Christiana cap. 28. raro tamen quoad eam partem, quæ deseruit dogmatibus fidei, ex quibus Theologus arguere, & conclusiones deducere debet, ac proinde non tam frequenter ad Theologum pertinet, quatenus Theologus est, sicut ea, quæ continent acta Conciliorum, traditiones Ecclesiæ, & hæreses contrarias.

CAPVT V.

Discrimen inter humanam historiam, & rationem philosophicam.

Ratio philosophica non videtur in principio Theologicis.

9.

Arist.

Historia humana quomodo se habeat ad principia Theologica.

Postremo obseruanda est differentia inter locum historię, quam diximus ad Theologum proprie spectare, & locum rationis philosophicę, quę interdum Theologum iuuare potest; quod locus rationis non includitur in ipsis principiis, quę Theologus assumit, sed vt prior supponitur: ea namque ex principiis naturalibus deducit conclusionem, quę in syllogismo Theologico, vt principium deferuire debet: at vero historia est pars quędam principij Theologici: assumitur, enim a Theologo simul cum ipsa definitione Concilij ad inferendas conclusiones, siquidem ad Theologum pertinet firmum quęrere fundamentum principiorum, quę assumit ex definitione Concilij, legitimū etiam sensum, & veram eorum interpretationem tenere: ad hæc autem plurimum refert historia.

Quare sicut de sapiente dixit Aristot. 6. Ethic. cap. 7. ipse esse, non tantum ex principiis veras colligere conclusiones, sed etiam circa principia dicere vera: ita quoque ad Theologum, qui sapiens merito dicitur, pertinebit, suorum principiorum fundamentum exponere, & circa ipsa plura vera dicere: id autem commode præstabit, si optime historiam Ecclesiasticā nouerit. Neque vero propterea negamus, auctoritati diuinę reuelationis principia Theologica inniti, sed historiam simul concurrere asserimus vno ex duobus modis. Si enim dicamus, principia Theologica assumi, quatenus credita fide infusa diuina, tunc historia humana erit conditio solum requisita, sine qua non habetur assensus fidei infusę, vt 2. 2. quęst. 1. artic. 1. explicabitur: si vero dicamus principia Theologica assumi solum credita fide acquisita, tunc historia humana non tantum erit conditio ex parte principiorum, sed ratio eis assentiendi; ita tamen, vt ea vera esse credamus, vt tradita à Deo, & ipsius auctoritate firmata.

ARTICVLVS IX.

Vtrum sacra Scriptura vii debeat Metaphoris.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod sacra Scriptura non debeat vii metaphoris. Illud enim quod est proprium infimę doctrinę, non videtur competere huic scientiæ, quę inter alias tenet locum supremum, vt iam dictum est. Procedere autem per similitudines varias, & representationes, est proprium poeticę, quę est infima inter omnes doctrinas: ergo huiusmodi si-

ARTIC. IX.

militudinibus vii non est conueniens huic scientiæ.

2. Præterea, hæc doctrina videtur esse ordinata ad veritatis manifestationem: vnde & manifestatoribus eius præmium promittitur, Ecclesiastici 24. Qui eluciant me, vitam æternam habebunt. Sed per huiusmodi similitudines veritas occultatur: Non ergo competit huic doctrinæ diuina tradere sub similitudine corporalium rerum.

3. Præterea, quanto aliquæ creaturę sunt sublimiores, tanto magis ad diuinam similitudinem accedunt: si igitur aliquæ ex creaturis transumerentur ad Deum, tunc oporteret talem trasumptionem maxime fieri ex sublimioribus creaturis, & non ex infimis. Quod tamen in Scripturis frequenter inuenitur.

Sed contra est quod dicitur Osee 12. Ego visionem multiplicavi eis, & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Tradere autem aliquid sub similitudine, est metaphoricū. Ergo ad Sacram doctrinam pertinet vii metaphoris.

Respondetur dicendum, quod conueniens est sacre Scripturę diuina, & spiritalia sub similitudine corporalium tradere. Deus enim omnibus prouidet secundum quod competit eorum naturę: est autem naturale homini, vt per sensibilia ad intelligibilia veniat: quia omnis nostra cognitio à sensu initium habet. Vnde conuenienter in sacra Scriptura traduntur nobis spiritalia sub metaphoris corporalium, & hoc est quod dicit Dionysius primo capitulo cœlestis Hierarchiæ: impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circumuclatum. Conuenit etiam sacre Scripturę, quę communiter omnibus proponitur (secundum illud ad Romanos 1. Sapientibus, & insipientibus debitor sum) vt spiritalia sub similitudinibus corporalium proponantur, vt saltem vel sic rudes eam capiant: qui ad intelligibilia secundum se capiendā non sunt idonei.

Ad primum ergo dicendū, quod poeta vtitur metaphoris propter representationem: representatio enim naturaliter homini delectabilis est. Sed sacra doctrina vtitur metaphoris propter necessitatem, & utilitatem, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quod radius diuinę reuelationis non destruitur propter figuras sensibiles quibus circumuclatur, vt dicit Dionysius, sed remanet in sua veritate, vt mentes, quibus fit reuelatio, non permittat in similitudinibus permanere, sed eleuet ad cognitionē intel-

Cap. 1. circa medium.

In corp. art.

Cap. 2. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

intelligibilem, & per eos, quibus reuelatio facta est, alij etiam circa hæc instruuntur. Vnde ea, quæ in vno loco Scripturæ traduntur sub metaphoris, in alijs locis expressius exponuntur. Et ipsa etiam occultatio figurarum utilis est ad exercitium studiosorum, & contra irrationes infidelium: de quibus dicitur Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus.

Ad tertium dicendum, quod sicut docet Dionysius cap. 2. cœlestis Hierarchiæ, magis est conueniens quod diuina in scripturis tradantur sub figuris vilium corporum, quam corporum nobilium. Et hoc propter tria. Primo, quia per hoc magis liberatur humanus animus ab errore. Manifestum enim apparet, quod hæc secundum proprietatem non dicuntur de diuinis: quod posset esse dubium, si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina, maxime apud illos, qui nihil aliud à corporibus nobilibus excogitare nouerunt. Secundo, quia hic modus conuenientior est cognitioni, quam de Deo habemus in hac vita. Magis enim manifestatur nobis de ipso quid non est, quam quid est. Et ideo similitudines illarum rerum, quæ magis elongantur à Deo, veriores nobis faciunt æstimationem quod sit supra illud, quod de Deo dicimus, vel cogitamus. Tertio, quia per huiusmodi, diuina magis occultantur indignis.

Explicatio doctrinæ
articuli.

30. Conclusio est, satis commode diuina Scriptura vitur metaphoris, & (vt colligitur ex solutione primi) aliquaratione id necessarium est. Hæcenus S. Thomas de lacta doctrina, & facultate Theologiæ disputauit, eiusque naturam, proprietates, modum procedendi, & docendi rationes exposuit: sed quia inter locos præcipuos, ex quibus argumenta depromit, vnus est S. scriptura sacra, quæ inter ceteras omnes non solum varie à Doctoribus explanari solet, sed etiam vsque ad hæc secunda est, vt plures sensus sub eisdem verbis contineat: merito in hoc, & in sequenti articulo, disputat. de vero sensu Scripturæ inueniendo, iuxta quem Theologus in suis disputationibus argumentari debeat, id quod necessarium non est de alijs locis Theologicis aduertere, nimirum de traditionibus Ecclesiasticis, definitionibus Conciliorum, & Pontificum: horum enim principiorum vnus plane sensus est, qui ex vi ipsa verborum, ex historia, & ipsarum heresum notitia facile in sagari potest. In hoc igitur articulo, rationem reddit S. Thomas, quænam Scriptura tam crebris vitur metaphoris, quæ talis est. Naturale est homini ex corporeis, & sensibilibus ad spirituum, & intelligibilem cognitionem ascendere, quod intellectus noster coniunctus corpori ex ipso

Vasquez in 1. part. l. 1. m. 1.

etiam species rerum corporearum accipiat, vt earum instar intelligat incorporea, vel addendo aliquid, vel etiam detrahendo: sed metaphora, quibus Scriptura vitur, desumptæ sunt ex rebus corporeis ad spiritualia nobis explicanda, vt inductione patet: ergo commode satis Scriptura metaphoris vitur. Hac de causa Scriptura Deo tribuit membra, & affectus hominis, quibus varias ipsius virtutes demonstret. Hac etiam ratione vnus est Chrysostomus homil. 38. & 45. in Matth. vt ostendat, quare Scriptura parabolis vitur.

Docet præterea S. Thomas in solut. 3. commodius sumi metaphoras in scriptura ex rebus corporeis abiectis, & infimis, quam ex nobilioribus: sic enim eo magis fit manifestum talia Deo non conuenire secundum proprietatem, quo ex rebus magis distantibus metaphora desumitur. Tum etiam quia in hac vita magis nobis notum est, quid Deus non sit, quam quid sit: cum vero de Deo aliquid affirmamus, semper debemus addere, vt infra ostendemus disp. 22. cap. 1. hoc autem facilius fit, inquit S. Thomas, per similitudinem rerum inferiorum, quam superiorum: commodius igitur ex illis desumitur metaphora. Ego quidem exultimo huius rei causam eam etiam esse, quod res infimæ, & communes sensui nostro sint admodum familiares, ac proinde magis idoneæ, vt instar illarum res spirituales, & à sensu remotæ à nobis intelligantur.

Observationes circa doctrinam
articuli.

Cæterum pro explicatione huius doctrinæ quedam notanda sunt. Primo varios esse Sanctes modos figuratos loquendi in Scriptura, de quibus latissime Sanctes Pagninus disputat, libro 1. Diagoge ad Sacras literas à cap. 12. vsque ad 29. quorum varietatem cognoscere Theologicis nostris disputationibus non est admodum necessarium: sufficiat generatim adnotasse rationem, ob quam metaphora in Scriptura sacra vsurpatur.

Secundo notandum est, tunc necessarium esse intelligere tropum, aut metaphoram in Scriptura sacra, vbi locus sine figura explicatus aliquid contineret absurdum; vt cum Christus dicitur vitis, & Apostoli palmites Ioann. 15. Ita admonet Augustin. 3. de doctrin. Christ. cap. 5. 15. & 16. quem sequitur Sanctes Pagninus cap. illo 19. & 20.

Tertio notandum est, si metaphora proprie accipiat, vt dicit Quintilian. lib. 8. cap. 6. nimirum translatio vocis à re, quam proprie significat, ad significandam aliam propter similitudinem, eius vsum non est simpliciter necessarium, sed solum vtile in sacra Scriptura. Si vero metaphora latiori modo vsurpetur, pro quocumque genere translationis, qua vox ex significatione vnus ad aliud extenditur, adeo necessaria est in sacra Scriptura, imo in quacumque de rebus spiritualibus disputatione, vt sine illa quicquam loqui non valeamus. Cum enim omnia nomina sequantur conceptus, & hi primo habeantur de rebus corporeis, nomina etiam ad hæc primo significanda imposita sunt: deinde aut per negationem, aut per

E 3 exten

21.

Chrysost.

Metaphora
ex rebus ab-
iectis sum-
pta posita.

Alia ratio.

12.

Ioan. 15.
August.

Quintil.

Quod ge-
nus meta-
phora ne-
cessarium
scripturæ
quod etiam
vbi.

S. Thom.
Ratio San-
cti Thomæ
de scriptu-
ra vitatur
metaphoris.

*Nomina
verum crea-
sarum quo-
modo Deo
cōueniant
per exten-
sionem.*

13.

extensionem analogice ad diuina significanda de-
ducta: imo etiam spiritualia creata significantur à
nobis, nominibus primo ad res corporeas signifi-
candum impositis. Hæc tamen extensio nominum
talis est, ut secundum proprietatem etiam spiritua-
lia & diuina significant, creata quidem vniuocè,
diuina vero solum analogice, ut latius explicabitur
disputat. 2.2. cap. 4. Hoc modo Deum appellamus
fortem, non quod habeat fortitudinem, & robur
corporeum, ad quod significandum primo vi-
detur nomen impositum, sed quod habeat spiri-
tualem virtutem, & stabilitatem in bono, & sic de
aliis. In priori vero illo genere metaphoræ vox
ita significat perfectionem in Deo, ut primo de-
notet rem aliam, cuius instar exprimit id, quod
in Deo est, non extensam significatione nominis,
sed te ipsa significata per nomen ad ostendendum
per illam id, quod in Deo est: qua de causa talia
nomina improprie de Deo dicuntur, quia prima-
rium significatum non est in Deo, sed est res, quæ-
dam creata manifestans nobis id, quod in Deo est.
Hoc pacto intellectum Dei, oculum appellamus,
quia nomen, *Oculus*, nunquam extensum fuit ad
significandum intellectum spirituale, sed semper
mansit in primario suo significato instru-
menti corporei ad videndum. Verum quia ope-
ratio, & cognitio huius instrumenti idonea est,
ut instar illius intelligamus, & explicemus spiri-
tualem intelligentiam; ideo facultas intelligen-
di, metaphorice, & improprie oculus mentis
appellatur.

14.

*S. Thom.
Quomodo
S. Thom. as-
dixerit, ne-
cessarias
esse meta-
phoras.*

Ex quibus colligitur metaphoram proprie
acceptam non esse necessariam simpliciter in Scri-
ptura, quia aliis etiam nominibus proprie res spi-
rituales per extensionem significantibus ad expri-
menda diuina mysteria Scriptura vti potest: imo
vero vocabulis solum per metaphoram priori
modo acceptis mysteria commode explicari non
possent. Cum vero S. Thomas in solut. 1. docet
necessarium esse sacræ Scripturæ vti metaphoris,
neque debet intelligi simpliciter, nec omni ex
parte, sed aliquando, non quidem quod sine
metaphora res explicari non posset, sed quia non
tam efficaciter sine metaphora exprimeretur. Est
igitur interdum necessaria metaphora, ut signifi-
cantius res exprimantur, & ideo valde utilis cen-
feri debet.

*Rationes
ob quas
Scriptura
vritur me-
taphora.
August.
Hieronym.
Gregor.
Theophyl.
Origenes.*

Sunt etiam aliæ rationes non contemnendæ,
ob quas Script. metaphoris, parabolis, & similitu-
dinibus vritur. Prima est ad exercenda fidelium
ingenia, quam assignat August. 11. de Ciuit. cap. 19.
& 2. doctrina Christiana c. 6. Hieronym. in epist.
ad Eustoch. de Virginit. quæ est. 22. Greg. homil. 10.
in Ezechiel. Theophyl. in cap. 8. Luc. Secunda, ut
Scripturæ intelligentiam assidue à Deo postule-
mus. Ita Origen. homil. 7. in Ezech. Hieron. in c.
13. Isa. & Theophyl. in c. 13. Matth. Tertia, ut in-
de multi spirituales sensus ad adificationem fide-
lium eliciantur. Hæc est Aug. lib. contra menda-
cium cap. 10.

Aliæ quoque causæ afferri solent, quas consul-
to prætermitto. Eam tamen non minus veram
existimo. Quod, quamuis Scriptores Ecclesiastici
Spiritu sancto assistente, & gubernante mentem
ipsorum, & calamus scripserint, phrasim tamen
patriæ consuetam retinuerunt. Sic enim Paulus
Græca lingua scribens Hebraicam phrasim fre-
quenter usurpat. Fuit autem Palestinis figurata

loquutio admodum familiaris, vsus item parabo-
larum, & similitudinum: atque idcirco tam crebro
Scriptura hoc modo loquendi vsa est. Qua vero
ratione ex loco, ubi Scriptura metaphorice loqui-
tur, ducendum sit argumentum, patebit ex iis, quæ
seq. art. dicenda sunt.

ARTICVLVS X.

*Verum sacra Scriptura sub vna litera ha-
beat plures sensus.*

AD Decimum sic proceditur. Vi-
detur quod sacra Scriptura sub
vna litera non habeat plures sen-
sus, qui sunt historicus vel litera-
lis, allegoricus, tropologicus siue moralis,
& anagogicus: multiplicitas enim sensum
in vna scriptura parit confusionem, & de-
ceptionem, & tollit arguendi firmitatem:
vnde ex multiplicibus propositionibus nō
procedit argumētatio. sed secundum hoc
aliquæ fallaciæ assignantur. Sacra autem
Scriptura debet esse efficax ad ostenden-
dam veritatem absq; omni fallacia. Ergo
non debent in ea sub vna litera plures sen-
sus tradi.

2. Præterea, August. dicit, in libr. de
vtilitate credendi, quod Scriptura, quæ
Testamentum vetus vocatur, quadrifa-
riam traditur, scilicet secundum histo-
riam, secundum ætiologiam, secundum
analogiam, secundum allegoriam. Quæ
quidem quatuor à quatuor prædictis vi-
dentur esse aliena omnino. Non igitur
conueniens videtur quod eadem litera
sacræ scripturæ secundum quatuor sensus
prædictos exponatur.

3. Præterea, præter prædictos sensus
inuenitur sensus parabolicus, qui inter
illos sensus quatuor non continetur.

Sed contra est quod dicit Gregorius,
20. Moralium: Sacra Scriptura omnes
scientias ipsō loquutionis suæ more trans-
cendit: quia vno eodemque sermone dum
narrat gestum, prodit mysterium.

Respondet dicendum, quod auctor sa-
cræ Scripturæ est Deus, in cuius potestate
est, ut non solum voces ad significandum
accommodet (quod etiam homo facere
potest) sed etiam res ipsas. Et ideo, cum in
omnibus scientiis voces significant hoc
habet proprium ista scientia, quod ipsæ
res significant per voces, etiā significant
aliquid. Illa ergo prima significatio, qua
voces significant res, pertinet ad primum
sensum, qui est sensus historicus, vel
literalis: illa vero significatio, qua res sig-
nificant per voces iterum res alias signi-
ficant, dicitur sensus spiritualis, qui super
literalem fundatur, & cum supponit.

Hic autem sensus spiritualis trifariam
diui-

10.
Quod 1. 7.
q. 6. art. 12.
Et 3.
Et 10. q. 4.
art. 1.
Et 4. d. 21.
q. 1. art. 2.
q. 1. 3.
Et Gal. 4.
le. 6.
Corinth. 3.

Capit. 3. in
princ. habe-
tur hic lib.
tomo. 6.

Lib. 20. c. 11.
circa mediū

Cap. 5. Ec-
cles. Hierar.
part. 1.

diuiditur. Sicut enim dicit Apostolus ad Heb. 7. Lex vetus figura est nouæ legis, & ipsa noua lex, vt dicit Dionys. in Eccl. Hierar. est figura futuræ gloriæ. In noua etiam legea, quæ in capite sunt gesta, sunt signa eorum, quæ nos agere debemus. Secundum ergo quod ea, quæ sunt veteris legis, significant ea, quæ sunt nouæ legis, est sensus allegoricus: secundum vero quod ea quæ in Christo sunt facta, vel in his, quæ Christum significant, sunt signa eorum, quæ nos agere debemus, est sensus moralis: prout vero significant ea, quæ sunt in æterna gloria, est sensus anagogicus. Quia vero sensus literalis est, quem auctor intendit: auctor autem sacre Scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu comprehendit: non est inconueniens, vt dicit August. 12. confess. si etiam secundum literalem sensum in vna litera Scripturæ plures sint sensus.

Elicitur ex
cap. 18. 19.
20. 24. 25.
31. tom. 1.
in cor. 17.

Ad primum ergo dicendum, quod multiplicitas horum sensuum non facit æquiuocationem, aut aliam speciem multiplicitatis: quia sicut iam dictum est, sensus isti non multiplicantur propter hoc, quod vna vox multa significet, sed quia ipsa res significata per voces, aliarum rerum possunt esse signa. Et ita etiam nulla confusio sequitur in sacra Scriptura, cum omnes sensus fundentur super vnum, scilicet literalem, ex quo solo potest trahi argumentum: non autem ex his, quæ secundum allegoriā dicuntur, vt dicit August. in epist. contra Vincentium Donatistam. Non tamen ex hoc aliquid deperit sacre Scripturæ, quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod Scriptura per literalem sensum alicubi manifeste non tradat.

Locus dicto
in argum.

Ad secundum dicendum, quod illa tria, historia, ætiologia, analogia, ad vnum literalem sensum pertinet: nam historia est, vt ipse August. exponit, cum simpliciter aliquid proponitur: ætiologia vero, cum causa dicti assignatur: sicut cum Dominus assignauit causam, quare Moyses permisit licentiam repudiandi uxores, scilicet propter duritiam cordis ipsorum, Matth. 19. Analogia vero est, cum veritas vnius Scripturæ ostenditur veritati alterius non repugnare. Sola autem allegoria inter illa quatuor pro tribus spiritualibus sensibus ponitur, sicut & Hugo de S. Vict. sub sensu allegorico etiam analogicum, comprehendit, ponens in tertio suarum Sententiarum solum tres sensus, scilicet historicum, allegoricum, & tropologicum.

In Procl. 1.
de S. Vict. 1. 4

Ad tertium dicendum, quod sensus parabolici sub literali continentur: nam per

voce significatur aliquid proprie & aliquid figuratiue: nec est literalis sensus ipsa figura: sed id quod est figuratum. Non enim cum Scriptura nominat Dei brachium, est literalis sensus, quod in Deo sit membrum huiusmodi corporale: sed id, quod per hoc membrum significatur, scilicet virtus operatiua, in quo patet, quod sensui literali sacre Scripturæ nunquam potest subesse falsum.

Summa Articuli.

EX corpore articuli duæ eliciuntur conclusiones. Prior est: *Sub eadem litera plures esse possunt sensus*. Posterior est: *Sub eadem litera plures contineri possunt sensus literales*. Prior absolute, & vniuersæ de quouis sensu intelligenda est: quam probat S. Doctor ex eo, quod sub eadem litera interdum alius est sensus historicus, seu literalis; alius spiritualis, seu mysticus: in posteriori vero conclusionem de sensu historico, seu literali tantum secum est. Veritas tamen huius doctrinæ nonnullis disputationibus amplius dilucidanda, & examinanda est.

DISPUTATIO XIII.

An idem locus Scripturæ sub eadem litera plures habeat sensus.

Hereticorum error. cap. 1.
Veritas Catholica. cap. 2.

CAP. I.

Hereticorum error.

Parsens controuersia circa materiam prioris conclusionis de sensibus scripturæ in vniuersum esse debet, circa quam nonnulli fuerunt errores. Mitto autem Phanaticos quosdam nostri temporis hereticos, qui omne studium sacrarum literarum, siue ad literalem, siue ad mysticum, & spirituale sensum eliciendum, improbarunt. Vnus fuit Ocho Brunfelsius teste Cochleio lib. de scrip. auct. cap. 3. & 4. Alter fuit Gaspar Suencfeldius, vt refert Palladius de hereticis huius temporis, & Federicus lib. de concordia Lutheranorum: horum enim error sufficiens confutabitur 2. 2. q. 1. art. 10. in disputationibus de Scriptura, ubi illius auctoritatem fusius conformabimus. Ex ipsa autem scriptura eos convincere non poterimus, quod rem omnino cabalisticam & humanum figmentum esse putent eius interpretationi incumbere. Nunc vero auctoritate ipsius supposita, de modo eam interpretandi agendum est, vt inde scire possimus argumenta Theologica depromere. In qua etiam re à multis erratum est.

Error dictum
Scripturam esse
humanum
figmentum.

Ocho Brū-
felius.
Cochleus.
Gaspar
Suencfel-
dius.
Palladius.
Federicus.

Primum quidem Porphyrius, vt refert Eusebius lib. 3. hist. c. 17. multiplices, & variæ scripturæ interpretationes impudenter irridebat, de quibus lib. 3. aduersus Christianos inquit: *Adherent* (scilicet Christiani) *ineptis Iudaicarum scripturarum, in quibus cum absoluto, vel explanatio nulla sit, ad quasdam senarrationes inæquas conuertunt, quæ non tam*

Error Por-
phyrij.
Euseb.